

Theologus Inculpatus Vir ... Dn. M. Johannes Dinggravius, Wismariae ad D. Georg. Pastor ... Qui Post varia Christianae Theologiae, purioris Philosophiae linguarumq[ue]; Orientalium specimina, praeprimis eximia Officii Sacerdotalis documenta Anno Christi 1656. 13. Novembris Aetatis LVIII. Pastoratus XXX. cordolio licet ineffabili enectus ...

Rostochii: Kilius, 1656

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn769064973>

Druck Freier  Zugang



Schmidt, J.,
auf
J. Dinggravius.

Rost. 1656.

50

THEOLOGUS INCULPATUS

V I R

*Admodum Reverendus Clarissimus &
Doctissimus*

**DN. M. JOHANNES
DINGGRAVIUS,**

VVismariæ ad D. Georg. Pastor

Vigilantiss. meritissimus, Venerandiq;

Ministerii Ecclesiastici Senior Spectatiss.

Gravissimus,

Qui

Post varia Christianæ Theologiæ, purioris Philosophiæ,

linguamq; Orientalium specimina, præprimis eximia

Officii Sacerdotalis documenta

anno Christi 1656. 13. Novembris

ÆTATIS LVIII. PASTORATUS XXX.

cordolio licet ineffabili enectus,

fato tamen adamabili adjutus

morte sc. intrepidâ ac verè beatâ

ad puriora cœli loca & digniora Christi præmia abiit

meriti honoris & debiti doloris ergo

Conclamatus ac desletus

â

DNN. Fautoribus, Collegâ & Amicis.

• \$ (o) •

ROSTOCHII,

Typis Haeredum NICOLAI KILII, Acad. Typogr.

Ps. XLII

Quin. & sodalis. & mihi. mensa. & domo.
Conjunctus. & cui. maximè.
Fidebam. ad. hostes. conferens. sese. meos.
In. me. ferox. recalcarat.

Ps.
Tu. robur. es.
meum. tuæ.
commendo.
vitam. dextera.



31.
Me. libera
pati. Deus.
Tenax. memori
federum.

Miserere. fracti. tot. malis.
Tot. obruti. doloribus.
Caligat. oculus. mens. stupet.
Mærore. corpus. tabuit.

Caduca. vita. elabitur.
Mærore. fracta. & luctibus.
Intergz. clades. aridis.
Fluxere. vires. ofibus.

Ego. interim. fiducia.
Opis. tuæ. dolos. minas.
Injurias. & hostium.
Contemno. consumelias.

VAH! Hominum vitæ stadium triste: Ultima
MORS est.

Dicas num præstet VITA, an VIXISSE
proberis?

Ult vivis, vitæ subsultat calculus omnis,
Anxia ut accipiti convertitur alea motu,
Est mundanus honor, vitreum vas lambimus, ipsam
Vix capimus pultem, labor omnes occupat artus:
Mœror: cordolum crebrum: sœpe omnia vana
Quæ satagis: speras: peragis. Tandem ultima MORS
Sic est conclusum. In vanis vita omnia claudit. (est.)

Magna licet specie vana omnis opinio mundi,
Sed tandem VIXISSE juvat, superesse labores
Præstat jucundam constantem vivere vitam,
Æternâ requie æterna cum laude fruisci.

Sic jam victor ovans DINGGRAV venerande Sa-
cerdos

Vicisti mala magna benè & VIXISSE probaris
Dum verè vivens mundo vana omnia linquis;
Lugens nunc ergo vidua, & gemina orphana proles
Ferte modùm lachrymis, vivit Pater atq; Maritus
Sic VOS, SIC OMNES tandem VIXISSE
juvabit.

Admodum Reverendi, Clarissimi ac Laudatissime me-
memoriæ Viri defuncti, Domini M. JOANNIS DING-
GRAVII, Pastoris & Senioris ad D. Georgii apud
VVismarienses emeritissimi ac famigerabilis obitum
eiusq; orphanam Domum ita pro amore, & condo-
lentia contestandaluget.

Joann. Sithman / D.
& Profess. Reg.

A 2

Ad

Ad pios Defuncti manes.

Illa dies sine labore fuit, dulcisq; per orbem,,
DINGGRAVI, fulsis, quæ Tibi prima fuit:
Qualis ubi Alcyone tepefactas obsidet undas;
Qualis ubi Icareis intepet aura Notis,
Præmonuitq; piæ tranquilla sacraria vitæ,
Mitius æstivo rore quod ire Tuum:
Pectora Palladiâ quod demulsurus olivâ:
Hostis atrox vitiî, sed sine bile viris.
Ergo dies sine luce fuit, tristisq; Capellæ
Sydere, quæ vitæ rupit amarus iter:
Nubila Pléjadum & famosæ pellis Orion
Stuprarunt nostri sydera clara poli.
Te pius auditor, Te missa Ecclesia plorat;
Plorat & Eusebiæ quisquis amicus erat.
Ipse licet mitis non vidi frontis honorem;
Ex Fama & Nati Te probitate colo.

H. Schævius, D.

Gr. L. ac Poëf. Prof.

Qualis populeâ gemibunda columba sub
umbrâ
Comparis orba sui moeret, loca questibus im-
plens,
Ingeminat nocte atq; die illætabile carmen.
Sic nostrum Promachum orba hæc Ecclesia lugeret:
Ere-

Ereptumq; patrem talem vidua atq; pupilli
Ingenti fletu & gemitu testantur abunde.
Desino: cordolum quia me prohibetq; vetatq;
Scribere plura, piis ejus bona cuncta precantem
Manibus: æternam quæis vitam des bone Jesu!

Mæstus fecit ac derelictus collega

M. Georgius Balthasar Lubec,
& Ecclesiastes Wilmariensis.

Opuscula.

Heu! MORS sceptra gerit toti communia mundo!
Quid sumus ah miseri? pulvis & umbra sumus.
Fortes cum timidis, humiles cum stemmate claris,
Cum senibus pueros MORS violenta rapit.

Nil curat mentis dotes, nil curat honores,
Cum docto in doctos sub sua JURA trahit;
Heu dolor, heu periit, dolor heu discessit ab orbe.

Quid modo solamen restat in orbe tibi?
Tu pietas virtusq; dole, plorato sacerdos;
Fundite vos lachrymas templa Scholæq; pia;
Cui nec rara fides vivo, nec splendida virtus
Defuit, aut morum cum gravitate nitor.

INGENIO fuit **EXIMIUS** dum spiritus artus
Rexit, & Aoniigloria celsa Chori;
CANDOR in **OFFICIO** fuit, **ARDOR** in ore
malignus

Abfuit à factis livor, ab ore dolus.
Vivere dignus erat longævos Nestoris
Cujus jam cineres flebilis urna capit.
Oigitur felix, ô terq; quaterq; beatus,
Cœlica cui mediâ sub nece vita datuſ

三

Oct

O ter felicem , qui morte solutus , honestam
In terris famam liquit , & astra petit .
Scribere plura dolor prohibet nunc gaudia vita
Æternæ grator , Mysta sacrate , tibi .
Molle cubile tuo da nunc ô Christe MINISTRO ,
Omnibus & cœli gaudia vera piis .

Tης συμπαθείας ἐνεργού
scripsit

Christianus Coppenius , Pastor
in HorrenStorff .



צָל

נשׁוֹר חַיָּה
כָּא עַלְּתָה :
עַם — מֶלֶאכִים
אֵת — אֱלֹהִים :
אֲפָר אֲשֶׁר פָּרוּ
תְּנַלְּיָה חַיָּה :

חָאִישׁ פָּאֵל
הַן חַשְׁמִיפָּת
יְהִוָּה כָּחָר
דָּאָה הַפִּיר
אַלְיָה תְּנוּלִי
בְּשָׁמִים

fac.

M. J. Bellinus:

Colloquium derelicta Vidua cum Marito
piè defuncto.

Vidua. O dolor ! ô Lachrymæ ! fera Sors ! truculen-
taq; Erynnys !
Occubuit vita , Spesq; Salusq; , meæ .
O dolor ! ô Luctus ! quas instaurabo querelas ?
Mors Soboli Patrem , mi rapuitq; Virum .

Dignus

Dignus erat certè Pilii qui viveret annos,
Dignus Mygdonii, Mathusalæve dies.
Ait tantum octo annos, & quinq^u; decennia vixit,
Triginta & messes verba Dei docuit.
Heu stupeo tantis sortis vexata procellis!
O Lux plena malis! ô Lachrymosa dies!
Multas quid fundis Lachrymas, charissima Conjux, Defunctus.
Curq; madent oculi fletibus innumeris?
Nam cuivis nostrum Mors est certissima; Mortis
Sed modus, & tempus nos latet, atq; locus.
Hæcce Marite, scio suavissime; me tamen illud vidua.
Mordet, quod fato tam properante cadis:
Meq; tuam Costam, Sobolem & Solamine cassam
Orbe relinquis. Nunc quid mea Vita? dolor.
Siste tuas Lachrymas, Conjux dulcisima: Namq; Defunctus.
Sic visum Superis, sic pia fata volunt.
Quimale non vixit, moritur benè, sive repente,
Seulento subeat fata suprema gradu.
Si chominum vita est, Rosa ceu, brevis atq; caduca,
Morte cadunt Juvenes, morte caduntq; Senes.
Et quid deploras Lachrymis mea funera Conjux?
O Conjux! vitâ nunc meliore fruor.
Propterea mecum gaudeto: Namq; Supremus
Ille tuus Deus est, præsidium ac Soboli.
Ergo intermittam Lachrymas, cordisq; dolores, vidua.
Velle Dei Summi sit quoq; velle meum,

Hic

Hic precor æternis ornetur floribus urna,

Accrescat tumulo Spica Ciliæ tuo.

Ilic in cœlis felicem carpe quietem.

Hisce valeto. Te fortè videbo brevi.

Interea Cathedra non immemor esto Jehova,

Illi sed dignum suffice quæso Virum;

Et Vidua mihi cum Sobole in mœrore relicta,

Solamen firmum, præsidiumq; mane.

Kurze Trostschrift an die Leidtragenden / über ihres seeligen Hn. Vaters Absterben.

Geuch schon Gott der Herr mit Tränen-brote speiset,

Vnd lender allzu früh den Kreuze-becher weiset,

So werdet ihr euch ja nach Gottes Hummelschlus/

In eurem Trauerstand/ der voll bekümmernüs/

Verhalten der gestale / das ihr euch lernet schicken

In Gottes Willen gern / der euch will lassen blicken

In diesem eurem Kreuz / zu rechter Stund und Zeit

Die Sonn' / und geben Freud / nach solcher Traurigleit.

Der euch getötet hat / der kan euch lebend machen/

Ja auch nach Herzens Wunsch aufführen eure Sachen/

Schit nur allein auff ihn / vertrauet ihm nur fäst/

O woll dem Menschen / woll / der sich auff ihn verlässt!

Drüm betrübte last den Schmerze Er ist nur vorhin gegangen/

Der zwar eure Seele kränkt/ Vnd wir andern folgen bald/

Euch nicht gehen so zu Herzen/ Da er uns den wird empfangen

Warn ihr an den Ris gedencete/ In verklärter gestale.

Gott der machets mit den seinen Doch sein Ehrliches gerüchte.

Allzeit nicht wie wir es meinen. Lebt durch schöne Lobgedichte.

Mitleydend setzte dieses dem seelig verstorbenen Hn.

M. zu letzter Ehr/ und seiner hinterbliebenen

Frau Wittwen/ und Kindern zu Trost

Christophorus Hopstockius, Athenæi

Wilmariani ConR.

Trauer-Gedicht.

Wohl dem und abermahl / der also hick gelebet/
Das er die Sieges Crohn/darnach/er stets gesitrebet
Mit Christo seinem Haupt erstreitet und erhebet/
Vnd in den Himmel ihm nachfolge aus dieser Welt;
Das heist recht Standhaftig bey seinem Hertzog halten/
Vnd bey dem höchsten sich nicht scheuen zu erkalten/
Besondern hohen Ruhm ihm dieses lassen seyn
Mit selben gleiches Glück und Unglück nehmen ein.
Herr Dinggraff hat dies Lob / dies Lob hat er erlanget
Darumb ist wunder nicht das er jetzt also pranget
Vor seinem Sieges-Werrn / er setze willig zu
Vor ihm sein Gut und Blut/drumb ist er nun in Ruh.
Dieselben losungs Wort die Christus selbst zuvoren
Gebrauchet / hat er auch erwacht und auferkohren/
Denn als er schliessen wil nun seinen Lebens-Lauff/
Schreyt er getrost mit ihm : Nun meinen Geist/
Herr / auß/
Vnd ob er gleich viel Creuz und Kleiden hier erlitten/
So ist es ja numehr recht seelig überstritten;
Herr Dinggraff ist an jetz an einem solchen Ort
Da wo er lebt mit Gott in freude fort und fort.

An die Hinterlassenen.

Ihr Hinterlassenen last ab von eurem Klagen
Weil der verstorbene bestreyt von Noth und Plagen
In freuden lebt bey Gott / der wird euch lassen nische.
Ohn Trost / dieweil er es in seinem Wort verspriche.

Aus grossem mitleiden und Schuldigkeit
aufgezeichnet und verfasser von

J. B. Arithmer.

B

Pie

Pie Desunctus ad Relictos

Quod me diripiatur Tyranna lusca,
Natos falce furens acutâ in omnes,
Viventum ex numero rosis in ipsis,
Et tradat gremio soli nigelli,
Plus justo doleatis haud Relicti.
Defloratus honore flosculus ceu
Mundanis videar: Deo ast supremo
Non sic. Illi obitum æstiment pili vel
Hili: Sancte abeuntium haud relinqueat
Manes luæficos profecto inultos.
Id quod non Domino perit, nec illud
Vobis. Nam, mea ne terantur ossa,
Conservat bene sanctuarii instar,
Reddet quando dabit sonus cremantis
Cornu terricolis novata signa:
Cum Sanctis quoq; gloriæ coronam
Imponet capiti, ut beemur una,
Huc vester scopus esto & hic laborum.
Finis. Mors ita erit sacrum lucellum.

συμπαθείας ἐνεργεία.

Erdmannus Schwarzkopff/
ss. Theol. Studiosus.

Non nostrum cohibere pias, HENRICE,
querelas,
Sacrîsa ut votis rite litare tuis.

Poscis

Poscis solamen; siccant suspiria fontes,
Et verba occidunt præcipitata bona.
Sisyphium volvis saxum, frustraq; Camœnas
Sollicitas. Lachrymas non nisi ferre queo.
Non modo compatiar, plorem quoq; fata pa-
rentis

Stetini incensus vult amor atq; fides.
Ite igitur lacrymæ, cataraqtas solvite, luctum
Wismariæ celeres significate meum.
Complorate pios cineres, quos ara, Lycaum
Doctorem tenus hac tota locuta suum.
Plus quam turtureos torrentes edite. Amici
Fas est sub Tragico sic gemuisse malo.
Nec prius ad requiem fluctus componite, vultum
Reddite nec certum, quam mihi scripsit.

Amor:

Sat lacryma sulcare genas, sat busta rigare!
DINGGRAVIUS vivit quem periuisse putas.
Mutavit superos terris, mortalibus astra
Et conjuratis mens piaraptæ malis.
Inter jceptræ DEI graditur: de morte triumphat
Morte. Ejus lauris deliciisq; favo.

Sic suas uni suo ex pluribus HENRICO DING-
GRAVIO Parentis ob obitum profusas Ste-
tino mittebat lacrymas.

Petrus Schirmacher/
N-Ruppini Marchicus.

B 2

Quo

Quo rabies agitat? quo'ye insatiabilis irā?
Vos trahit? Immanes Parcæ, Crudelia fata?
Fundite Pierides lacrymarum flumina Musæ,
Proq; choris plectrisq; novis ululatibus auras
Implete. Interiit longo dignissimus ævo,
Eusebie, tuus ille cliens, castusq; Sacerdos!
Ipse Pater Phœbus funesta tempora myrto
Cingit, & indignanti animo testudine fracta
Pulsat hymnum; lacrymis en & mea carmina in ipso
Ore natant, tristesq; cadunt in verba lituræ,
Quam juvet heic totum decurrere laudibus æquor
Vir Venerande tuis? nisi, quæ male fida carinis,
Aura obstet. Jacet exigua jam conditus urna
Inclytus Eusebии comes & virtutis imago.
Te populo monstrare vias, quibus itur ad astra,
Æternasq; aperire fores, dum fata tulerunt,
Vidimus, & Dium ingenium mirandaq; mentis
Lumina: Tu gentem pravam errorumq; tenacem
Hastis & scutis fugere atq; fugare paratus
Semper eras: sed nunc jacet alto in pulvere postus!
Sed jacet? hei mihi! dico nefas! statione recessit.
Terrenâ: Supera sacer ipse locatus in arce,
Vivit, & æterna compostus pace quiescit.
Fortunate Senex, ergo tua fama manebit,
Et nomen, quod non poterit longæva vetustas
Deturbare gradu, memoriq; expungere fecio!

Debitæ condol. ergo appos.

Antonius Scheffel/Vism. Meckl.

MELI

MELIBOEUS.

Idyllion Lugubre.

DAPHNIS, CORYDON.

A Missumpueri MELIBOEUM DAPHNIS & ipse.

Deflebat CORTDON, flebant armenta gregesq;
Per sylvas Dryades, per flumina Najades udæ,
Lugebant tristes semper per amœna Napææ,
Ipse decor pratorum & quicquid purpureum ver
Spirat hians florumq; color marcescere visus,
Ipsa etiam dederant pallentia grama luctum;
Sed tamen ante alios DAPHNIS inœstissimus omnes
Implebat gemitu sylvas, vocemq; revolvunt
Femineis agitata sonis nemora omnia circum;
Mærebat; pastu ut rediens philomela cibumq;
Ore ferens natis, vacuo sua pignora nido
Cum sublata videt; rostro cadit escare remisso.
Ipsaq; fronde sedens infelices hymenæos
Integrat & miseris late loca cantibus implet;
Sic puer infelix sylvas & rura pererrans
Crudeles Divos & flecti nescia fata
Poscebat MELIBOEUM ereptum: Sæpe dolentem
Hesperus invenit, iæpe illum invenit eundem
Lucifer, errabant solæ per devia capræ.
Forte sub arguta confederat ilice DAPHNIS,
DAPHNIS, quem magno donarunt numina ruris.
Ingenio: heic illum sua tristia fata revolventem
Insequitur CORTDON atq; ejus carmina captat,
Quæ DAPHNIS jaëtat nil respondentibus undis:
Luctibus hic locus est, lacrymis & fletibus aptus,
Etnemo, qui turbet, adest; suspiria cur non,

Cur non & plenos lacrymarum fandere rivos
Incipiam? MELIBOEUS abiit, quem tota requirunt
Pascua, quemq; omnes plorant in ovilibus agni.
Exere mite caput tremulum jubar, exere vesper,
Dexter ades, te teste meos exerceo luctus.
Mecum omnis tristatur ager, MELIBOEE, nefandum
Interitum montesq; feri sylvæq; loqvuntur.
Ergo jaces. MELIBOEE, jaces? te fata tulerunt
Invida? quâ nunc te infelix regione requiram?
Amplius haud reducem video, tristissima tellus
Orba patrocinio squalet, tu summa Voluptas,
Ruris eras: filet omne nemus, mutæq; volucress
Immemor herbarum fastidit pascua taurus.
Quis mihi quis tete rapuit, dulcissime Pastor?
Ipse meæ quondam requies spesq; unica vitæ,
Nunc dolor æternusq; imo sub pectore luctus
At qualis vel quantus eras, quam mitis in omnes
Quam verus rectiq; tenax in pascua Judex!
Ille vagas errare boves prohibebat; & ipse,
Si quando errabant, revocabat arundine dulci
Demulcens pecora, atq; pedo retrahebat adunco,
Fidus ovem amissam deserta per avia custos
Quærebat, subiitq; humeris agnosq; repertos
Ipse sinu fovit plena ad præsepio portans;
Porrexitq; herbas gregibus fluviosq; recentes,
Sternebat quoq; subter humum, ne læderet aspra
Molle pecus glacies; scabies turpesve podagræ
Non metuendi acres illo custode Molossi,
Aut fur nocturnus stabulo incursusve luporum.
Dicebat moriens: (nämq; altâ mente repostum est)
Ite meum quondam felix pecus, ite capellæ,

Non

Non jam vester ero Pastor, carpetis amaras
Sub Pastore alio salices. Ubi dixerat, auras
Liquit. Stant circum flentes armenta gregesq;
Balatu denso & miserabilibus lamentis;

Pluria dictum COR T DON sic DAPHNIN
ab antro

Impedit & tristem solatur carmine curam:

Vos: quæ nube caput cœlis extollitis alta,
Sidera, & egressi Juvenes terrestribus oris
Sidereum in sedem ac solio stellante locati:
Vos etiam quondam pars hoc in littore nostri
Cantabat MELIBOFUS; at hic nunc proximus ipsis.
Ipse suas cœlo vobiscum conspicit agnas.

Heic bona securus trahit otia carminibusq;
Jam fruitur vestris; Musam meditatur & ipse
Ad nemus Umbriferum Paradisi & mollia prata.
Heic legit æternos formoso pollice flores,
Narcisumq; Crocumq; & vivaces Amaranthos
Ipsi fiderei proceres sanctusq; senatus
Illi serta ferunt intextis svavibus herbis,
Nectuntq; ætheream de lauri fronde coronam.

Hic Ver æternum & nati sine semine flores,
Hic & Apollineæ laurus. Orniq; minantes
Sideribus sævoq; illæsæ fulmine quercus.
Hic æterna quies, nullis hic jura procellis.

Non ibi te calido latrabit Scirius astro.

Heic fagi veteres, pinus, fœcundaq; puro
Fonte arbusta tepent, heic circum gramina fusus
Et sacros fontes captabis frigus opacum.
Heic divine Senex sacras depasceris herbas.

Symmus Pastor oyem te in gramine pascit Jēsus

Propterea

Propter aquæ rivum & patulæ sub tegmine fagi
Æthereum carmen meditatur, plausibus aura
In fremit & pulsæ referunt ad sidera valles.
Ergo tuos, Pastor MELBOE E, colemus honores.
Ipse ego carminibus recolam, memorandaq; longum
In patula scribam crescentia nomina queru,
Quæ dum perpetuis contendet ad æthera ramis,
Pastorum Tu Carmen eris, nemus omne sonabit,
Te, pecudesq; & oves MELBOEUM voce vo-
cabunt.

Et Vos O Pueri suspendite ferta sepulchris,
Purpureas miscete rosas, miscete hyacinthos
Liliaq; & pulchro bustum conspergite nimbo.
Nunc quoq; humo pueri saxoq; inducite laurum
Defuncti & puræ spargantur frondibus undæ.
Umbrosis hic sylva comis densumq; virebit,
Arboribus bustum, pueri pecudesq; fugaces
Æstivum hic viridi captabunt frigus in umbrâ

Talia cantabant Pueri ast deponere avenam,
Extremum jussit deponens Vespera Solem.

f. συναλγῶν

Daniel Georgius Morhofius.

16(0)50



Christliche Reich-Predig


Proverb. 3.v.5. daran hat der Herr E gefallen nemlich an denen die ihn für seine Güte hoffen / sagt David Psal. 14

Negst dem mir auch unsere Hoffnung sein spes fundamentalis, eine wolgegründung / sie mus gegründet sein auf das Verheißungen Gottes. Denn gleich in der Gottesdienst und Christenthum sich offenbarten Wort Gottes in H. Schrif also mus auch die Christliche Hoffnung Gottes Wort für sich haben / denn God das fundament oder Grundfäß oder H. wo kein Wort und keine Verheißung ist keine rechschaffene Hoffnung seyn / und erachtung nennet St. Paulus selber sei eine Hoffnung an die Verheißung anzudeuten / das seine Hoffnung auss und Verheißung gegründet sey / und mus auch haben die Hoffnung der Frommen Herzen / das sie mit König David und Unglück / im Leben und Tode rühren können: Herr ich verlasse mich auf Gedenke deinem Knechte an dein welches du mich lessest hoffen. Ich fürchten / sehen mich und freuen si hoffe auf dein Wort. Meine Seele get nach deinem Heyl / ich hoffe auf Psal. 119.v.42. 49.74.82. Ich harre

G 2

49

the scale towards document



Psalms. 119.

v. 42.

v. 49.

v. 74.

v. 82.